

Die 3 Februarii
S. ANSGARII
EPISCOPI ET CONF.
Archiepiscopi Hamburgensis
Ex proprio Osnabrugensi

INTROITUS

Jes 61, 1; Ps 116, 1

Spíritus Dómini super me, eo quod únixerit me Dóminus : misit me ut medérer contrítis corde, et praedicárem captívis indulgéntiam, et clausis apertiónen. (T. P. Allelúja, allelúja.)
Ps. Laudáte Dóminum, omnes gentes : laudáte eum, omnes pópuli. **¶** Glória Patri.

ORATIO

Deus, qui hodiérrnam diem sacratíssimam nobis in beáti Ansgárii Confessóris tui atque Pontificis gloriósa solemnitáte tribuísti : adéstó propítius Ecclésiae tuæ précibus ; ut, cujus gloriátur méritis et doctrínis, muniátur suffrágiis. Per Dmn.

In Missis votivis dicatur sequens
ORATIO

Deus, qui nos gloriósam beáti Angári Pontíficis tui commemoratióne celebráre concédis : præsta, quásumus ; ut devótis eam méntibus peragámus, et ejus patrocínio promerénte, plenæ capiámus securitatis augmémentum. Per Dmn.

LECTIO 1 *Cor 2, 1-7*

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Ego cum venísssem ad vos, ve ni non in sublimitáte sermónis aut sapiéntiæ annúntians vobis testimónium Christi. Non enim judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifíxum. Et ego in infirmitáte et timóre et tremóre multo fui apud vos, et sermo meus et prædicátió mea non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne Spíritus et virtútis, ut fides vestrá non sit in sapiéntia hóminum, sed in virtúte Dei. Sapiéntiam autem lóquimur inter perféctos, sapiéntiam vero non hujus sǽculi neque príncipum hujus sǽculi qui destruúntur, sed lóquimur Dei sapiéntiam in mystério quæ abscondita est, quam prædestinávit Deus ante sǽcula in glóriam nostram.

GRADUALE ET ALLELUJA

Ps 97, 2.3 ; 2 Tim 4, 7

Notum fecit Dóminus salutáre suum : in conspéctu géntium revelávit justitiá suam. **¶** Vidérunt omnes térmíni terræ salutáre Dei nostri.

Allelúja. Allelúja. Bonum certámen certávit, cursum consummávit, et accépit corónam justitiæ, quam réddidit ei Dóminus justus iudex. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja et versu sequenti, dicuntur :

TRACTUS Ps 64, 6.9; Ps 24, 7

Exáudi nos, Deus, salutáris noster : spes ómnium fínium terræ et in mari longe. ¶ Turbabúntur gentes et timébunt qui hábitant térmilos, a signis tuis. ¶ Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu, propter bonitátem tuam, Dómine.

In Missis votivis T. P. omittitur Graduale et Alleluja ut supra, et eorum loco dicitur :

ALLELUJA Ps 65, 4; Is 9, 2

Allelúja. Allelúja. ¶ Omnis terra adóret te, et psallat tibi : psal-
mum dicat nómini tuo. Allelúja.
¶ Habitántibus in regióne um-
bræ mortis, lux orta est eis. Al-
lelúja.

EVANGELIUM Mc 16, 15-18.20

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte evangélium omni creatúræ. Qui credíderit et baptizátes fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credidérint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia ejícient : linguis loquéntur novis : serpentes tol-
lent : et si mortíferum quid biberint, non eos nocébit : super

ægros manus impónent, et bene habébunt. Illi autem profécti, prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte et sermónem confir-
mánte, sequéntibus signis.

OFFFERTORIUM Ps 95, 7-9

Afférte Dómino, pátriæ géntium, afférte glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus : tollite hóstias et introíte in átria ejus, adoráte Dóminum in átrio sancto ejus. (T. P. Allelúja.)

SECRETA

Sacrificium tibi, Dómine, lau-
dis offérimus in celebritáte
(commemoratióne) sancti An-
sgárii Pontíficis tui : ut propitia-
tionem, quam nostris opéribus
non merémur, pii suffragatóris
intercessiόnibus assequámur.
Per Dóminum nostrum.

COMMUNIO Ps 106, 8-9

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus filiis hómi-
num : quia satiávit ánimas inánes, et ánimas esuriéntes sa-
tiávit bonis. (T. P. Allelúja.)

POSTCOMMUNIO

Præsta, quásimus, omnípo-
tens Deus : ut, quos cælesti
mystério misericórditer refecísti,
per gloriósum Antístitem Ans-
gárium aternáliter fárias An-
gelórum gaudére convíviis. Per
Dóminum nostrum.